

# De interpretatio. editio. secū de liber secundus. 91

purum dixeris: id est solum: non modo neq; veritatē neq; falsitatem designat: sed omnino nihil ē: et quod sequutus est planū fecit: significat inquit quādāz cōpositionē: quā sine cōpositis non est intelligere. Nam si est verbū cōpositionis cōiunctionisq; cuiusdā viz & proprium obtinet locū: purum & sine coniunctione p̄dicatum nihil significat: sed cā ipsam cōpositionem: quā designat: cum fuerit cōiunctum ea que cōponuntur: significare potest: sine cōpositis vero qđ significeret: non est intelligere. Nec certe ita intelligendū est quod ait: ipsū qđ nihil est: non quoniā nihil significeret: sed quoniā nihil verum falsū ve demōstret: si purum dictū sit: cū enim coniungit: tunc sit enunciatio. Simpliciter enim dicto verbo nulla veri vel falsi significatio est: et sensus quidē per se dicta noīa sunt: nā & qui dicit intellectū cōstitut: et q̄ audit quiescit: sed quāq; signifcent aliquid verba: nōdū tamē affirmationē negationē ve significat. Mā quāuis rem designēt: nōdū tamē subsistēdi eius rei signū est: nec si hoc ipsum est vel ens dixerimus: aliquid ex eo verum vel falsū p̄t suenire. Ipsū enim quāq; significet aliquid: nōdū tamē verū vel falsū est: sed i cōpositione fit enūciatio & in ea veritas vel falsitas nascitur: quā veritatē falsitatēq; sine his que cōponuntur: cōiungunturq; intellegere impossible est: et de verbo quidē & nomine sufficienter dictum est. Secundo vero volumine de oratione est considerandum.

Incipit cōmentariorum liber secundus.

**I**llūquātū labor humanum genus excusat & beatissimis ingenij fructib⁹ cōplet: si i tantum cura exercēde mentis infesteret: non tam raris homines virtutibus vtrrentur: sed vbi desidia demittit animos cōtinuo feralib⁹ seminarīs animi vber horrescit. Nec hoc cognitione laboris iuenire concesserū: sed potius ignorantia: quis enī laborādi peritus vñq; a labore discessit. Quare intēdēda vis mentis est: verūq; est amitti animum: si remittatur. Mihi aut̄ si potentior diuinitatis annuerit fauor hec fira sententia est: vt quāq; fuerint preclara īgēma: quoꝝ labor ac studiū multa de his que nunc quoq; tractamus: latine lingue contulerint: non tamen quendam quodāmodo ordinem stillūq; disponēdo disciplinaz gradus ediderūt. Ego omne Aristotelis opus quodātūq; in manus venerit: i romanū stilum vertēs: eoz oīum cōmēta latīna oratione perscribā: vt si quid ex logice artis subtilitate: & ex moralis grauitate perierte: & ex nālis acumine veritatis ab Aristotele cōscrīptū est: id omne ordinatū trāsferam: atq; id quodātū lumine cōmētationis illustrem: oēsq; Platoni dia logos vertēdo: vel etiā cōmētādo in latīna redigam formam. His pactis nō equidem cōtempserim Aristotelis Platoniq; sententias i vñā quodāmodo re uocare cōcordiā: eosq; non vt pleriq; dissentire i oībus: sed in pleriq; ex his i philosophia marime consentire demonstrem: & hec si vita oīiūq; superit cuꝝ multa operis huius vilitate: necnō etiā labore contēderim: qua i re faueant oportet: quos nulla coquit insidia. Sz nūc ad proposita reuertamur. Aristoteles nāq; iecho. ans librum prius nomē diffiniēdū eē proposuit: post verbū: hinc negationē: post hāc affirmationē: unde cōsequēter enūciationē: orationem vero

postremā. Sed nūc cū de nomine & verbo dixerit cōuerso ordine quod vltimū proposuit: nūc exequitur primū de oratione namq; disputat: quam postremas in operis dispositione proposuit: ait enim.

**R**atio autē est vox significativa: cuius partū aliqd significatiū est separatū: vt dictio: non vt affirmatio v̄l negatio. Dico autē: vt homo significat aliquid: sed nō quoniā est aut nō est: sz erit affirmatio v̄l negatio: si quid addat: sed nō vna hominis syllaba nec enim in hoc qđ est sōrex rex significat: sed vox est nūc sola. In duplīcib⁹ vero significat quidē aliqd: sed nō secūdū le: quēadmodū dictū ē. Cūludetur Aristoteles illas quoq; voces oīones putare: quecūq; vel ex nominib⁹ vel ex verbis constent: nō tātū que ītegrū colligāt ītellectū: vt sūt socrates & plato: & ambulare & dicere. Hec enī quāq; pleni ītellect⁹ nō sint: verbis tamē & oīibus cōponuntur: ait enim orationem eē vocem significatiā: cui⁹ partes significarent aliquid separatum: significarent inquit non consignificaret: vt in nomine & verbo. Docet aut̄ illa quoq; res: cum etiam imperfectas: compositas tamē ex nominib⁹ ac verbis voces orationes dicere: quod ait cum de nomine loqueretur: in eo q̄ est equi ferus nihil significare ferus: quēadmodū ī oratione: que est equus ferus: namq; est equus ferus vox composta ex nominib⁹ est: sed sententiam non habet plenam: & ille ait: quemadmodum in oratione que est equus ferus. Nam si secūdūz Aristotele equ⁹ ferus est oratio: cur non alic quoq; que nominib⁹ verbisq; constent: quamquā sint imperfecte sententie: tamen orationes esse videantur: cū presertim orationem ipse ita diffiniat: Oratio est vox significativa: cuius partium aliqd significatiū est separatū. In his ergo vocibus que verbis & nominib⁹ componuntur: partes extra significant: & non consignificant. Nam si nomen & verbum significatiū est separatum: in his vero vocibus que verbis & nominib⁹ componuntur: partes extra significant: non consignificant: etiam voces imperfecte nominib⁹ & verbis composite orationes sunt. Nam si nomen omne & verbum significatiū est: be autem voces id est orationes nominib⁹ componuntur & verbis: dubium non est in his vocibus que ex nominib⁹ & verbis cōiuncte sūt partes per se significare: q̄ si hoc est: & vox cuius partium aliqd separatum & per se significat: licet sit imperfecte sententie: tamen orationem esse manifestum est. Sed quod addit orationis partes significare: vt dictionem: non vt affirmationem vel negationem. Alexander ita dictum esse arbitratur. Sūt enim inquit alic quidē simplices orationes: que solis v̄rbis & nominib⁹ coniunguntur: alic vero composite: quarum partes in vnum corpus iuncte iam faciunt orationes: & simplices quidē orationes partes habent eas: ex quibus componuntur: verba & nomina: vt est socrates ambulat. Composite autem aliquotiens quidē tantum orationes: aliquotiens vero etiam affirmations: vt cum dico socrates ambulat: & Plato loquitur v̄treḡ sunt affirmations: vel cum dico. Aio te eacida Romanos vincere posse. ex orationibus non ex affirmationibus componitur talis oratio. Prior autem simplicitas est: posterior vero compositio. In quibus est autem prius vel posterius aliquid: illud sine dubio diffiniendum est priori

## De interpretatio. editionis secunde liber. ii.

loco: quod natura quoq; precedit. Ita ergo quoniam prior simplex oratio est: posterior vero composita: prius simplicem orationem diffinitione constituit dicēs cuius partes significant ut dictio: non ut affirmatio: dictionem simplicis nominis aut verbi nūcupationē ponens. In simplicibus enim orationibus huiusmodi partes sunt. In compositis vero aliquotiens quidem orationes tantum aliquotiens vero affirmatiōnem: ut supra mōstraūm<sup>9</sup>: addit quoq; illud. Omne inquit diffinitionem vel contractiōrem esse diffinita specie vel excedere non oportet: q; si Aristoteles ita constitūset diffinitionem: ut significare partes orationis diceret ut orationes: ac non ut dictiones: simplices orationes ab hac diffinitione secluderet: Orationum namq; simplicium partes non ut orationes: sed ut simplicia verba nominaq; significant. Nam si omnis oratio orationis habebit in partibus: rursus ipse partes que sunt orationes: alijs orationibus coniungentur: et rursus partiu; partes: que eedē quoq; orationes sunt alias orationes habebunt in partib?: at si quis hoc intelligentia sumpserit: ad infinitū pcedet: nec illa erit prima oratio: que simplices hēat partes. Neq; enim fieri potest: ut prima dicatur oratio: que alias orationes habet in partibus: partes. n. priores sunt ppria compositione: quod si in infinitū ducatur intelligentia: nulla prima oratio reperitur: et cum nulla sit oratio prima: nec vlla postrema est. Quo circa interempta: prima atq; postrema omnis quoq; interimitur: et nulla omnino erit oratio: quare non recta fuisset diffinition: si ita dirisset. Oratio ē vor significatiua: cuius partes aliquid extra significant ut orationes. At vero inquit Alexander. Nec si quedam orationes in partibus continent: idcirco iā necesse est ipsarum orationu; partes affirmations esse ut cu; dico. Desine neq; tuis incendere teq; que relis. Est ergo huius orationis pars vna. Desine me q; tuis incendere: teq; querelis alia: neutra harum affirmatio est: quamquaz videatur esse oratio. Quo circa nec illa fuisset recta diffinition: si ita dirisset. Ora tio est vor significatiua: cuius partes extra aliquid significant: ut affirmatio: huiusmodi enī orationes cu; sint eius partes ex orationibus imite: non tamē affirmations totū ipsius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione verba sunt et nomina: que simplices sunt dictiones: non autem in oībus orationibus aut affirmations aut oratiōes partes sunt: quod commune erat: id in diffinitione constituit: tanquam si ita diceret. Oratio est vor significatiua secūdum placitum: cuius partes aliquid extra significant. Ex necessitate quidem ut dictio. Non tamē semper: ut affirmatio aut oratio. Neq; enim potest fieri: ut inueniatur oratio: cuius partes non ita aliquid extra significant ex necessitate ut nomen aut verbum cum inueniri possit: ut ita extra significant orationis partes: ut tantum orationes aut affirmations non sint. Quare si ita dirisset: oratio est vor significatiua: cuius partes aliquid extra significant: ut affirmatio: illas orationes bac diffinitione nō circumscripsisset: quarum partes quidem orationes sūt: sed non affirmations: ut ille versus est: quem supra iam posui. Sin vero sic dirisset. Oratio est vor significatiua: cuius partes extra significant aliquid ut oratio: illas orationes in diffinitione reliquisset: quarum partes simplices sunt: ut est socrates ambulat. Sed cum dicit orationis partes ita significare ut dictio:

nes non omnino ut affirmations et simplices et compositas bac diffinitione conclusit. Simplices quidem idcirco q; quelibet simplex parvissimaq; oratio nomine et verbo coniungitur: que sunt simplices dictiones compositas vero: que cum habent orationes in partibus: partes ipse habent simplices dictiōes: que ipse simplices dictiones totius corporis partes sunt: ut cū dico si dies est lux est: dies est: lux est: partes sunt totius orationis. Sed rursus harum partium partes sunt dies et est: et rursus lux et est: que rursus totius orationis per quam dico si dies est: lux est: partes sunt sed dies et est: et rursus lux et est: sunt simplices dictiones. Quo circa etiam compositarum orationum partes indubitanter: ita semper significant ut dictiones non ut affirmations: aut quedam orationes. Quare hanc diffinitionem Aristoteles recte constituit. Ad hanc ergo sententiam locum hunc Alexander expedit: Illud quoq; addens sepe Aristotelem de affirmationibus dicere dictiones: quod distinguere voleas: cum diceret ita significare partes orationis tanquam dictionem: ne forte dictionem hanc aliquis i affirmationem susciperet: addidit ut dictio non ut affirmatio: tanquam si diceret: duplex quidem est dictio una simplex: alia vero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra significant: ut ea dictio: que est simplex: non ut ea que est affirmatio: et huiuscmodi quodāmodo intellectum tota alexandri sententia tenet. Porphyrius quoq; in eadem sententia est: sed in uno discrepat: cuius expositio talis est. Dictio inquit est simplex nomen: et simplex etiam verbum: et ex duobus compositum: ut cū dico socrates: vel rursus ambulat: vel equi serus: procedit etiam nomen dictionis ad orationes quidem: sed simplicibus verbis et nominibus coniunctas: ut cum dico socrates et plato et si sit et composito nomine: ut est equi serus et homo. Hec orationes quamquā coniuncte sunt atq; imperfecte: tamen dictionis nomine nūcupatur: nec non etiam transit nomen hoc dictionis usq; ad perfectas orationes: quas enunciationes nūcupari postea sunt est dicendum. Est autem enunciatio simplex: ut si quis dicit socrates ambulat. Et hec dicitur affirmatio: huius negatio est: Socrates non ambulat. Simplices ergo enunciationes sunt affirmations vel negations: que singulis verbis ac nominibus compunctionur. Itaq; cum dico cum dies est lux est: tota quidem huiusmodi oratio dictio esse non dicitur. Composita nāq; cōiuncta que est ex orationibus: que sunt dies est et lux est. Hec autem sunt affirmations: et dicuntur dictiones. Ipse vero affirmations: que dictiones sunt: habent rursus alias dictiones simplices: ut est dies et est: et rursus et lux et est: ergo cu; dico Socrates ambulat: hec oratio partes habet dictiones: nomen scilicet et verbum: que dictiones quidem sunt nō tamē affirmations. Sin vō dicā Socrates in litio cum Platone: et ceteris discipulis disputauit. Hec pars orationis que est. Socrates in litio: ipsa quoq; est dictio: sed non ut simplex nomen vel verbum: que dictiones quidem sunt non tamen affirmations: neq; vt affirmatio: sed tantum vt imperfecta oratio que verbis tamen nominibusq; composita est: q; si sic dicam si homo est animal est. Hec rursus oratio habet dictiones in partibus: sed neq; vt simplices dictiones: neq; vt imperfectas orationes: sed vt perfectas: simplicesq; affirmations: et una est affirmatio animal est: alia vero homo est. Tota vero ipa oratio

# De interpretatione. editio. secunda de liber secundus. 92

oratio dictio non est quod si dicam si animal non est homo non est: rursus hec oratio ex duabus simplicibus dictionibus negatiuis videtur esse composita: que nihilominus tota dictio non est. Ita ergo dictio inchoans a simplicibus nominibus atqz verbis vsqz ad orationes quamvis ad imperfectas prouebitur: nec in his tantummodo consistit: sed ultra etiam ad simplices affirmationes negationesqz transit: & si in eo progressionis terminum facit: ergo quoniam non omnis oratio partes habet affirmations & negationes: que sunt simplicium dictionum perfecte enunciationes: quoniamque non omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus: omnis tamen oratio simplices dictiones retinet: quippe cum omnis oratio ex verbis nominibusqz iungatur: hoc ait. Orationis partes significare semper quidem ut dictiones: non tamen semper ut affirmations consentiente Alessandro: cuius expositionem supra iam docui: atqz ita diligentior ut lector differentias eorum recte perspiciat: & consentientes qui communicant intellectus. Hoc loco Aspasius inconuenienter interstrepit: ait enim Aristotelem non in omnes orationes diffinitionem constituer voluisse: sed tantum simplices: que ex duabus constant verbo scilicet & nomine: sed ille persalus est. Neqz enim si simplex oratio simplicibus verbis nominibusqz consistit: idcirco non cōposita quoqz oratio verba & nomina similiter in partibus non habet. Quod si hoc commune est simplicibus orationibus atqz compositis: ut habeant in partibus quidem dictiones simplices: non etiam affirmations: ut etiam orationes que affirmations habent. He tamen habeant in partibus simplices dictiones: Lur autem hanc questionem in Aristotelem iaciat: ratione relinquitur. Syrianus vero qui philoxenus cognominatur: non putat orationes esse: quoniam intellectus sit imperfectus: atqz ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cum dicit IPlato in academia disputans. Hec quoniam perfecta non est: partes inquit non habet: arbitrans omne quod imperfectū est: nullis partibus contineri: atqz ideo cum dicit Aristoteles: oratio est vox significativa: cuius partes aliquid extra significant: illam orationem constitui putat que perfectum retinet sensum: ipsius enim partes esse verba & nomina. Sed hoc ridiculum est: Neqz enim aliquid compositum fieri potest: nisi proprijs partibus. Qd si quelibet res ut componatur habeat decem partes: eas tamen singillatum apponi necesse sit: antequam ad decimam veniamus partem: nibilo tamen minus erunt: quas sibimet ad componendam totius corporibz summam singillatum supponimus: etiam si ad illud: quod componendum fuit: minime peruentum ē. Quo circa si antequam perueniatur ad decimam partem prioris effecti compositi partes sunt nulla ratio est imperfecte rei partes dici non posse. Neqz enim dicitur totius compositi partes esse: que sunt imperfecti: vt si sit integrum nomen: habeat partes quatuor id est syllabas: vt merentius: si vnam syllabaz de man: dicamqz merenti: vel si vnam rursus duasqz ponam: vt sunt merent: buius tamen utraqz syllaba me scilicet & ren. partes sunt: & cum sit compositio ipsa sensu vacua: ac sit imperfecta: tamen partibus continentur. Syrianus igitur minime audiendus est. Sz IPlorthyrius potius: qui ita Aristotelis mentem sentiamqz persequitur: vt eius diffinitionem que vera est: labare & in aliquibus alijs discrepare non fa-

ciat. De his quidem hactenus. IPlorthyrius autem ita dicit. Volens inquit Aristoteles ostendere non omnem orationem: aut simplices tantum habere partes aut compositas: a simplicibus sumptis exemplis: ut diceret significare partes orationis ut dictionem non ut affirmationem: ut cum est oratio. IPlato disputat dictiones quidem sunt: sed non ut affirmations. Si vero sic esset oratio: si IPlato disputat: verum dicit: IPlato disputat: & verum dicit: cum sint dictiones: non sunt tantum ut simplices: sed etiam ut affirmations. Neqz enim similes dictio affirmatio est aut negatio: sed tunc fit cum additur aliquid: qd aut affirmations vim teneat aut negationis: atqz hoc est quod ait. Dico autem ut homo significat: aut aliquid: sed non quoniam est: aut non est: sed erit affirmatio vel negatio: si quid addatur. Huiusmodi hec est tanquam si diceret: nomen quidem simplex affirmationem: aut negationem non facit: nisi aut est verbum addatur: que est affirmatio: aut non est que est negatio. Quod autem addit: sed non vna hominis syllaba: nec in eo quod est soror rex significat: sed vox est nunc sola. In duplicitibus vero significat quidem: sed nihil secundum se: quemadmodum dictum est. Huius loci duplex est expositio. Quod enim dixerat prius: sz erit affirmatio vel negatio si qd addatur ei dictioni: quam supra simplicem esse proposuit: cum de significativa orationis parte loqueretur: nunc id adimpleret & explicat dicens: non si quidlibet addatur simplici dictioni: statim fieri affirmationem vel negationem: nec vero orationem: neqz enim si quid non per se significativum dictioni simplici copuletur: idcirco iam vel oratio vel affirmatio vel etiam negatio procreabitur: neqz enim si vna syllaba hominis que significativa per se non est: copuletur eidem ipse dictioni: iam vlla inde procreatur oratio. Quod si oratio non sit: nec affirmatio nec propositio est: he enim orationes quedam sunt: vt si quis ex eo quod est homo tollat vnam syllabam: eamqz toti dictioni simplici aptet: dicatqz o homo vel alio quolibet modo de cens partem toti corpori dictionis adiiciunt non faciet orationem. Quod si hoc est: nec affirmationem nec negationem: que quedam sunt orationes. Ita ergo accipiendum est: tanquam si hoc modo dirisset. dico autem ut homo significat aliquid: sed non quoniam est aut non est: sed erit affirmatio: vel negatio si quid addatur: sed non ut vna hominis syllaba addatur: nec cuiuslibz alteri dictionis. si quid non per se significat. vt in eo quod est soror rex non significat: sed vox est nunc sola. Atqz iō si qd velut pte tollat id qd ē rex: apponatqz ei qd ē Soror: dicatqz soror rex vt rex tamquam pars sit eius quod est soror: oratio nulla est: atqz ideo neqz affirmatio nec negatio. Hec enim ex vocibus per se significatiuis constant. Rex vero in eo quod est soror: quoniam pars est nominis: nibil ipsa significat. Tiel certe erit melior intellectus si hoc quod ait: sed non vna hominis syllaba: non appetimus ad orationis perfectionem: sed potius ad dictionis significationem: vt quoniam dixit superi orationis partes significare ita ut dictionem non ut affirmations: que esset dictio manifeste monstraret. Dictiones namqz constituit vocez per se significantem. ergo cuz dicit. Sed non vna hominis syllaba. tale est ahi diceret. significat quidez pars orationis ut dictio. Sed he ipse dictiones perfecte nomina sunt & verba non partes nominis verborumqz. In eo enim quod

## De interpretatio. editionis secunde liber. iij.

Et equiferus currit: equiferus quidem dictio est totius orationis significat enim ut pars orationis. sed ferus consignificat ut pars nominis. atque ideo ferus dictio non est. Quo circa si que aliae syllabe in parte orationis sunt: id est in nomine vel verbo: nihil per se significant: quamquam sunt in parte nominis: quod nomine pars orationis est: nihil tamen ipsum significat in tota oratione: quare nec dictio erit. Audiendum ergo est ita: tanquam si sic diceret. Oratio autem est vox si significativa: cuius partium aliquid significativum est separatum: ut dictio: non ut affirmatio: dico autem ut homo significat aliquid: et est quedam dictio simplex. Nam neque oratio est quoniam simplex est: nec affirmatio neque negatio: quoniam non significat: aut esse aut non esse. Sed erit tunc affirmatio: quando aliquid additur: quod affirmationem negationem ue constitut. Sed quod ad dictionem esse id quod dicimus homo. Idcirco dictio est: quoniam per se significat. Syllaba vero eius nominis quod est homo: quoniam nihil designat: non est dictio. Hoc est enim: sed non una dominis syllaba: vel si videatur quidem significare: pars tamen sit nominis: et consignificet in nomine. in tota oratione nihil significat. Neque enim est pars orationis. Quod per hoc dicit quod ait. nec in eo quod est sors rex significat. sed vox est nunc sola nihil significans: unde probatur huiusmodi particulas non esse dictiones. Tunc enim sola non est dictio: sed vox per se significans. Si qua autem sunt inquit nomina: que sunt composita ex aliis: ut est equiferus emittunt quidem quandam imaginem significandi: sed per se nihil significant: consignificant autem. In simplicibus vero nominibus nec imaginatio illa significandi est: ut in eo quod est cicero: partes eius cum simplices sono: tum etiam intellectu preter cuiuslibet imaginationis similitudinem significationem ue sunt. In duplicibus vero vult quod est pars significare: sed nullius separatum significatio est. Idcirco quoniam solum consignificat id quod totum compendi nominis corpus designat. ipsum vero separatum (ut sepius dictum est) nihil extra significat.

**C**est autem oratio omnis quidem significativa non sicut instrumentum: sed (quemadmodum dictum est) secundum placitum.

**S**ecundum placitum esse orationes illa res approbat: quod earum partes sunt ad placitum: id est nomen et verbum. Quod si omne compositum ab his ex quibus est compositum: sumit naturam. Tunc que positione constitutis vocibus iungitur: ipsa quoque secundum placitum positionemque formatur. Quare manifestum est orationem secundum placitum esse. Plato vero in eo libro: qui scribitur Cratylus: aliter esse constituit: eamque dicit suppellectilem quandam atque instrumentum esse significandi res eas que naturaliter intellectibus concipiuntur: earumque intellectum vocabulis discernendi. Quod si omne instrumentum naturalium rerum secundum naturam est: ut videndi oculus: nomina quoque secundum naturam esse arbitratur. Sed hoc Aristoteles negat: et Alexander multis in eo nititur argumentis monstrans orationem non esse instrumentum naturale. Aristoteles vero ita vitetur dicens. Est autem oratio omnis quidem significativa: non sicut instrumentum: tanquam si diceret. Est quidem omnis oratio significativa non tamen naturaliter: instrumentum enim hoc demon-

strat: tanquam si diceret naturaliter significare. Quod qui instrumentum orationem esse negant: non eam naturaliter significare dicunt: sed ad placitum. Naturalium enim rerum naturalia sunt instrumenta. Idcirco autem instrumentum pro natura posuit: quod (ut dictum est) Plato omnium artuum instrumenta secundum naturam ipsarum artium consistere proponebat. Et Alexander quidem non esse instrumentum orationem sic ingreditur approbare. Omnis inquit naturalium rerum supplex ipsa quoque naturalis est: ut visus quoniam natura datur: eius quoque supplex est naturalis: ut oculus. Eodem quoque modo auditus cum naturalis sit: aures nobis que sunt audiendi instrumenta: naturaliter esse datas cognoscimus. Quare quoniam oratio ad placitum non naturaliter est: partes enim manifestum est orationis ad placitum positas: que sunt scilicet nomina et verba: sicut monstrat apud omnes gentes diversitas vocabulorum. Quoniam ergo per hec secundum placitum omnis oratio esse monstratur. Quod autem secundum placitum est: non est secundum naturam: non est ergo oratio supplex. Significandi enim ratio atque potestas naturaliter non est. Quod si oratio naturaliter non est: non est supplex. His aliisque similiter rationibus monstrat non esse suppellectilem orationem. Quo circa secundum nobis est: naturaliter quidem esse voces potestatesque naturaliter vocabula rebus imprimendi: non tamen naturaliter significativa: sed positione. Sicut ergo naturaliter singularium artium sumus susceptibles: sed eas non naturaliter habemus: sed doctrina concipiimus. Ita vox quidem naturaliter est: sed per vocem significatio non naturaliter. Neque enim vox sola nomine est aut verbum: sed vox quedam addita significazione: et sicut naturaliter est moueri: saltare vero cuiusdam iam artificij: et positionis: et quemadmodum es quidem naturaliter est. Statua vero positione vel arte. Ita quoque possibilis ipsa significandi: et vox naturalis est. Significatio vero per vocem positionis est: non nature. Hactenus quidem de communi oratione loquitus est: nunc autem transit ad species eius. Ait enim.

**E**nunciativa vox non omnis: sed illa in qua verum vel falsum inest. non autem in omnibus inest: ut de precativa oratio quidem est: sed neque via neque falsa. cetera quidem igitur relinquuntur. rhetorice enim vel poetice conuenientior consideratio est. enunciativa vero presentis speculationis est.

**S**pecies quidem orationis multe sunt: sed eas varie partiuntur: at vero peripatetici quinque partibus omnes species orationis ac membra distribuunt. Orationis autem species dicimus perfecte: non eius que est imperfecta: perfectas autem voco eas que compleat expeditaque sententiam. Et sit nos bis hoc modo divisio. Sit genus oratio: orationis aliud est imperfectum: quod sententiam non expedit: ut si dicam Plato in licio: aliud vero perfectum. Perfecte autem orationis alia est deprecativa: ut adsit letitie bacchus dator. Alia imperativa: ut accipe daque fidem. Alia interrogativa: ut quo te meri pedes: an quo via ducit: in urbem. Alia vocativa: ut o qui rex hominumque deumque eternis regis imperijs. Alia enunciativa: ut dies est: dies non est. In hac sola que est enunciativa: veri falsique natura spicitur

## De interpretatione editionis secunde liber. ii. , ;

pspicitur. In ceteris enī neqz veritas neqz falsitas inuenitur. et multi quidem plures species esse dicunt perfecte orationis. alii autem innumerā eorum differentias produnt. sed nihil ad nos. Luncte enim species orationis aut oratoribus accommodate sunt aut poetis. sola enunciatiua philosophis. Ergo hoc dicit. Non omnis oratio enunciatiua est. Sunt enim plurime que enunciatiue non sunt: vt he quas supra posui. Hec autem sola est in qua verum falsumve inueniri queat. Quocirca quoniam istam in qua veritas vel falsitas inuenitur. dialecticis philosophisqz est requirere. Letere autem oratoribus atqz poetis accommodate sunt: iure de hac sola tractabitur. idest de enunciatiua oratione. Hucusqz ergo de partibus interpretationis: et de communi oratione locutus est. Nunc autem astrungit modum disputationis in speciem: et de una specie orationis tractat: deqz una interpretatione q est enunciatiua. Species naqz est enunciatio interpretationis: negatio vero et affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione considerandi hinc cum ipso Aristotele cōmodissimus sumamus initium.

**C**Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero omnes coniunctione vne. Necesse est autem omnes orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu verbi. etenim hominis ratio si non est: aut sicut: aut erit: aut aliiquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enunciatiua. Quare autem unum quiddam est: et non multa animal gressibile bipes. Neqz enī eo quod propinqz dicuntur. unum erit. est autem alterius hoc tractare negotij.

**U**na oratio dupli modo tractatur: vel cum per se una est: vel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Certe ita dicendum est. Alie orationes naturaliter vne sunt: alie vero positione. Et naturaliter vne quidem sunt orationes que non dissoluuntur in alias orationes: vt est sol oritur. Que autem positione sunt vne in alias orationes dissoluuntur: vt est. si homo est animal est. hec enim in orationes alias separatur. et quemadmodum lignum vel lapis singulatum in propria natura consistunt et sunt una: ex his autem facta nūis vel domus que cum pluribus quidem constent: vne tamen arte sunt. non natura. Ita quoqz in orationibus simplices eas et per se naturaliter vnas orationes dicimus: que verbo tantum et nomine iunguntur. Compositas autem que in alias (vt dictum est) orationes dividuntur. multas enim orationes in huiusmodi orationibus coniunctio iungit: vt si dicam. Plato est et socrates est. hec coniunctio et utrasqz coniunxit. atqz ideo una videtur positione: que naturaliter et per se una non fuerat. naturaliter autem vnius orationis due partes sunt affirmatio et negatio. sed quoniam non ita dicit. est autem una oratio enunciatiua affirmatio vel negatio. est enim una coniunctione. Sed ait. Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio. deinde negatio. huiusmodi oritur questio. Utrum id quod ait prima ad affirmationem referatur: vt sit posterior negatio. an id quod ait prima ad simplicem retulerit orationem: vt secunda sit: que ex orationibus iungitur. quam dubietatem ipse dissoluit. Sic enim inquit. Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio.

tio: et vt quā secundam diceret demonstraret ait. deinde negatio. vt primam affirmationem poneret: secundam negationem. Quod si ita dixisset. est autem una prima enunciatiua oratio affirmatio: vel negatio deinde coniunctione vne. ita oporteret intelligi tanquam si diceret illam esse primam orationem que simplex esset: cuius partes affirmatio essent atqz negatio: Secundam vero illam que coniunctione quādam una fieret: cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniam id quod ait prima ad affirmationem iuxit dicens. est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio. ad negationem vero deinde subiicit dicens: deinde negatio. Dicendum est primum cu orationem esse arbitrari affirmationem. Secundam vero negationem: cui deinde continenter apposuit. Sed rursus incurrimus Alexandri questionem. Per hoc enim negat affirmationem negationemqz sub uno genere ponere oportere idest sub enunciacione: q in his que priora vel posteriora sunt: communis genus non potest inueniri. Sed hoc supra iam dictum est non oportere omnia quaecunque quolibet modo priora vel posteriora sunt: a genere communi secernere. Alioquin sic prime et secunde substantie sub uno genere substantie non ponentur. Sic etiam simplices et composite orationes. quarum simplices propositiones prime sunt: posteriores composite uno genere non continebuntur. Sed illa sola putanda sunt sub eodem genere ponere non posse: que ad substantiam priora vel posteriora esse cognoscimus. Que vero ad suum esse equalia sunt: nihil prohibet sub eodem genere utrasqz constitui. Ergo quoniam affirmationi et negationi hoc est esse: q in his veritas et falsitas reperitur. hec autem est enunciatio: in qua scilicet veritatis et falsitatis constituta sit ratio. quoniam ad id quod veri falsi significatiue sunt: neqz affirmatio prior: neqz negatio posterior est. Nullus dubitat quo equaliter participant affirmatio et negatio: idem generi posse superponi. sed affirmatio et negatio equaliter participant enunciatione: siquidem enunciatio veri falsiqz vitatur significatione. et affirmatio et negatio veritatem atqz mendacium equaliter monstrant. enunciatio igitur affirmationis et negationis genus esse ponenda est. Quod ergo ait. Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio alie vero coniunctione vne. Ita intellegendum est: q affirmationem primam: secundam vero negationem: cui addidit deinde: in prolatione posuerit. prior enim est affirmatio: posterior negatio in prolatione duntarit: non secundum veri falsiqz designationem. Quocirca nihil prohibet et priorem putari affirmationem negationem: et tamen utrasqz sub uno genere idest enunciatione constitui. Sed quod secutus est. necesse est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu. huiusmodi est. volens Aristoteles distribuere dictiones: affirmationem: negationem: enunciationem: contradictiones: sensu confusa breuitate permiscent: et nebulis obscuritatis implicuit: oportuit namqz prius quid esset dictio. post autem qd affirmatio: et negatio: et rursus qd esset enunciatio et contradictione constituere. Sz hoc interim ptermittit. nunc vero quemadmodum constituat enunciatio docet dicens. Quod oīs enunciatio cōstet verbo: quoniam simplex dictio est nomine aut verbuz. Omnis enunciatio simplex huiusmodi est: vt semper

## De interpretatione editionis secūde liber.ii.

quidem vel verbum vel aliquid qd idem valeat: tam quam si diceretur: verbum vel casum verbi i predicatione retineat. sed non semper subiectus terminus fit ex nomine: semper tñ predicatus ex verbo sit. n. huius modi propositio: que est sol oritur. in hac ergo propositione q dico sol oritur. subiectum est sol. q vero dico oritur predictuz. et vtr asqz has dictiones termos voco. sed quodcuqz prius dicitur in simplici enunciacione: illud subiectum est: vt in hac sol. quod vero postea: illud predictatum; vt in eadem oritur: Ergo necesse est omnem enunciatiuam orationez si simplex sit verbum in predicatione retinere: vt in eadez ipsa: cñ dico sol oritur. oritur verbum est. vel quod idem valeat: vt est socrates non ambulat. non ambulat enim infinitum verbum est: et verbum quidem non est: sed eandem vim retinet quam verbum. Lasus etiam verbi ponitur sepe: ut socrates fuit. subiectus vero terminus non semper consistit in nomine potest enim infinitum nomen habere vt cum dico. non homo ambulat. potest et verbum: vt cum dico. ambulare moueri ergo (vt arbitror) plene monstratum est non semper subiectum nomen esse: sed semper predictatum in solo verbo consistere. Approbans ergo verba semp in predicationibus poni. hoc addidit. nisi enim aut est aut fuit. aut aliquid huiusmodi sit additum: aut qd idem valeat apponatur: enunciatio non fit. cum enim dico homo est. est verbum in predicatione proposui. Sin vero dixerim. homo viuit. idem valet tanqz si dicaz homo viuus est. Ergo non posse sine verbo affirmacionem negationem ve constitui docuit per id quod ait. etenim hominis ratio si non aut est: aut erit: aut fuit aut aliquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enunciatiua. Hoc enim dicere videtur. Diffinitio hominis est verbi gratia animal gressibile bipes. et hec ratio est humane substantie. ergo hec ratio nisi ei est: aut erit: aut fuit: aut quodlibet verbum ( sicut supra dictum est) apponatur: enunciatio non fit. neqz enim verum neqz falsum est. Si enim dicam tantum aial gressibile bipes. nulla me veritas mendacium ve co sequitur. Sin autem dixerim animal gressibile bipes est vel non est. affirmatio mor negatioqz conficit qz enunciationes esse quis dubitet. Sed cum de simplibus enunciationibus loqueretur ait. hominis rationem id est diffinitionem non esse enunciationem: nisi ei aut est: aut erit: aut huiusmodi aliquid apponatur approbans scilicet vnam esse et non multiplicem orationem diffinitionis humane: cui si est: aut erit: aut fuit adderetur: enunciationem simplicem faceret. Lur vero vna sit talis oratio: causa queritur neqz enim ex solis duobus terminis constat id quod dicimus animal gressibile bipes. et que nominat: plura sunt. quare ipse sibi institut: et de sua propositio rationem que sicut: quam nunc dicere superedit. ait enim. Quare autem vnum quiddam est et non multa animal gressibile bipes. neqz enim in eo quod dicuntur propinquae: vnum erit. Est autem alterius hoc tractare negotii. Hoc scilicet querens tanqz si ita ipse ex persona sua diceret. de simplicibus enunciationibus omnibus ipse loquebar. deqz his proposui eas preter verbum esse non posse. et ad hanc rem probandum exemplum sumpsi diffinitionem hominis: cui nisi est: aut erit aut fuit apponetur: enunciationem non fieri di ri: quasi vna et non multiplex esset oratio ea per quaz dicit animal gressibile bipes: de qua fieri possit sim pler enunciatio. Lur autem esset vna oratio animal

gressibile bipes: alterius inquit est hoc tractare negotii: cum de rebus: non de propositionibus perspicendum est. Nam non idcirco vna oratio est quia continua dicitur: et coniuncte sibimet: animal gressibile bipes. hoc enim si ita esset: possemus et hanc orationem que tam multa significat: vnam dicere si continue perferatur: vt est socrates philosophus simus caluus senex. ergo quemadmodum huiusmodi oratio sit multiplex et non vna posterius dicemus. ergo nunc manifestum sit hanc orationem que dicit. socrates philosophus simus caluus senex. non esse vnam sed multiplicem. si ergo propinquitas proferendi ipsa continua vnam faceret orationem: posset hec quoqz vna esse oratio: que manifeste non vna esse docebitur. Quare no idcirco erit vna oratio ea que dicit animal gressibile bipes. quod continue et propinque proferatur. Que autem causa sit vt vna sit: ipse dicere sustulit. sed in libris eius operis quod aucta Tropikæ inscribitur: expeditum. Theophrastus autem in libro de affirmatione et negatione sic docuit: diffinitionem vnam semper esse orationem: eamqz oportere continuatim proferri. illa enim vna oratio eē dicitur: que vnius substantie designatiua est. Diffinitio autem vt verbi gratia hominis animal gressibile bipes: vna est oratio per hoc: quoniam vnum subiectus id est hominem monstrat. Si ergo continue proferatur et no dividatur: vna est oratio: et qd continue dicitur: et quia vnius rei substantiam monstrat. Sin vero quis dividat: et orationem vnam rem significantem proferendi intermissione distribuat: multiplex fit oratio: vt si dicat animal gressibile bipes. vna rem mibi tota monstrat oratio: et continue dicta est. Sin vero dicat animal: et rursus gressibile: et sub intermissione repetat bipes: multiplex erit distributa intermissione oratio. Et rursus aduersum id questio: et quis hoc non iure culpet posse eam: que vna est orationem intermissione proferendi fieri multiplicem: cum continuatio preferendi non faceret vnam: que esset multiplex per naturam. Sicut enim in illis que multiplices sunt naturaliter: non potest continuatio proferendi vnam face re orationem. Si quoqz non debet que est vna naturaliter oratio: idcirco q de uno subiecto dicatur: fieri multiplex per intermissionem. Sed hoc ita soluitur. Nam cum animal dicimus. et sub intermissione rursus gressibile: eodemqz modo iterum bipes: non hec ita dicimus: tanquam si in vnu cuncta coniuncta sint. Quocirca quoniam est quidem animal: rursus gressibile est: rursus bipes: quoniam plura sunt. et pluraliter dicta id est distributa: non videntur ad vnum subiectum distributa posse predicari. sicut cum dico socrates philosophus simus. caluus. senex. hec omnia non est simplex oratio: nec si continue proferatur: q ad vnam substantiam non tendunt. accidentia enim sunt: et extrinsecus veniunt. Probatur autem neqz eas orationes: que per divisionem dicuntur: neqz eas que non ad vnam substantiam tendunt: vnas esse hoc modo. si dicat quis animal. et rursus gressibile: et iterum bipes: non vnum est animal: nec vnu gressibile: nec vnum bipes. Sin vero dixerim aial gressibile bipes continue: et propinque: vnu est: quod tria ista cuncta significant id est homo. Conuertamus nunc alium ad eas: que plura quidem significant: sed continue proferuntur: vt cum dico socrates philosophus caluus senex. videtur quasi quedam socratis eē diffinitione philosophus caluus senex. sed non necesse est. si bus in modi

## De interpretatione editionis secūde liber. ii. , 4

Iusmodi ratio socratis fuit; omnem quicunqz philoso phus est sener calius; etiam socratez esse. In multis ergo continuatio ista valet accidere. Quocirca non vnum significat: qz qz continue proferatur. Ergo si ex omnibus vnum quidem significetur: et continue pro feratur: vna est oratio: vt partes quedam rei definite sint ea que in diffinitione ponuntur: non accidentia. et profitit quidem aliquid continua prolation ad per si ciendam vnam orationez: sed ipsa sola non sufficit: nisi vnumquodqz subiectum sit. atqz ideo dixit Aristoteles animal gressibile bipes non idcirco esse vnam ora tionem: q propinque dicatur. nam neqz sufficit ad cō stituendam vnam orationem propinquitas proferen di: nibilqz prohiberet que naturaliter essent multi plices: eas continue et propinque prolatas vnas vide ri. sed huius rei rationem Aristo. ponere distulit. Se sus ergo huiusmodi est. Necesse est inquit oēm enun ciatiuam orationem ex verbo esse vel casu. Etenim bo minis ratio: que et ipsa quoqz oratio est: si non est: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiusmodi illi addatur: non dum est enunciatio. hoc vero in solis simplicibus enū ciationibus venit. In his autē que coniunctione vne sunt (vt supra iā ait) non omnino est. Cum enim di co dies est. vis tota in verbo est. Si autem cum coniunctione proferam si dies est. lux est. tota vis in coniunctione consistit. Veritatis enim aut falsitatis rationem sola coniunctio tenet: que conditionem pro ponit: cum dicit. si dies est lux est. si enim illud est il lud evenit. igitur in coniunctione omnis vis huius modi propositionis est. omnis autem simplex propos itio totam vim in verbo habet positam. Et quem adinodum in his: que hypothetice vel conditionales dicuntur. coniunctiones vim propositionis tenent sic in simplicibus propositionibus predicatio vim ob tinet. vnde et grece quoqz tales propositiones categorice. idest predicative dicuntur scilicet que sunt sim plices: quod in his totam propositionem obtineat p̄ dicatio. atqz ideo Aristoteles ait ex verbo vel casu fie ri simplicem enunciationem. nam preter id quod con tinet totam propositionem predicatiuam. scilicet pre ter predictionem enunciatio non fit: non est: vt nega tio quoqz non ad subiectum sed ad predicatum sem per aptetur. Nam cum dico sol oritur: non est huius negatio. non sol oritur: sed illa que est sol non oritur. atqz ideo negatio ad subiectum posita non facit contrariam propositionem: ad predictuz vero reddit co trariam. Recite igitur Aristoteles de subiecto nibil locutus est. Non enim predicatiuam propositionem subiectus terminus tenet: sed tantum predictus: qui to tam enunciationem propria virtute confirmat.

**C**Est autem vna oratio enunciatiua que vnum si gnificat: vel coniunctione vna plures vero: que plura et non vnum: vel inconiuncte. Nomē ergo et ver bum dictio sit sola: quoniam non est dicere sic ali quid significantez voce enunciare: vel aliquo inter rogante: vel non sed ipso proferente.

**H**inc monstratur quoniam tunc cum dixit. Est autē vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. priam eum non de ea oratione dirisse putandum est: que naturaliter vna est: sed de affirmatione alioquin hic quoqz repetens ita dirisset. Est autē ora tio vna prima enunciatiua que vnum significat. sed quoniam non ita dixit: manifestum est qd dudum ait priam: non ad orationem: que preter coniunctiones

vna est: retulisse: sed ad affirmationem: quam nega tione priorem esse constaret. sed hoc iam superius dic tum est. Quid autem sibi velit hec enunciatio: par cis exponam. Multas enim confusiones multosqz in orationibus errores hic locus optime intellectus: ve raciterqz perceptus sustulit. et hec est expositio: quam nullus ante Porphyrium expositorum vidit. Non est idem namqz vnam esse orationem et multiplicem. quod simplicem et compositam: et distat vna a simpli ci: distat etiam multiplex a composita. Est ergo vna oratio que vnum significat: multiplex autem que no vnum sed plura. fit autem hoc in huiusmodi orationib us: vt cum dico: cato philosophus est hec oratio non est vna. non enim vnum significat. potest. n. mon strare et catonem vticensem esse philosophum. po test etiam ostendere et catonem censorium oratorem esse philosophum. qua in re non vna est oratio. atqz idcirco in vticensi quidem catone est vera: in oratore vero falsa. Huiusmodi ergo orationes multas vocamus. Sin vero vnum significat. vt cum dicimus. in charta scribitur. illam dicimus vnam ergo vna que sit vel multiplex oratio ex his intelligitur que signifi catur. si enim vnam significat rem. vna est. si multas. multiplex. Simplices autem et composite orationes non ad significationem: sed ad terminos ipsos dictio nesqz: que in propositionibus sumuntur: referende sunt. Et est quidem simplex oratio enunciatiua: que ex solis duobus terminis constat: vt est homo viuit. Sine autem his propositionibus omnis addatur: vt est omnis homo viuit. siue nullus: vt nullus lapis vi uit. siue aliquis: vt aliquis homo viuit. vel aliquis ho mo non viuit. quoniam termini ipsi duo sunt simplex vocatur propositio. composita vero si ultra terminos duos enunciat: vt est plato philosophus in licio am bulat. hic enim quattuor sunt termini. vel si tres sint: vt plato philosophus ambulat. he quoqz si eis omnis aut nullus aut aliquis addatur: eodem modo compo site sunt. Ergo vna vel multiplex oratio intelligitur: si vnum vel multa significat. et de propria significatio ne semper indicantur. Simpler autem et composita non ex significatione: sed ex verborum et nominum pluralitate cognoscitur. si enim ultra duos terminos habet propositio composita est: si duos tantum simplex: si ergo semper oratio que simplex est. idest que duos terminis constat: vnam tantum significantiaz re teneret: indifferenter dici posset vna oratio et simplex eadem enim vna esset: que etiam simplex. sed quoni am non omnissimplex vnum significat. non omnis simplex vna est. Potest ergo fieri: vt simplex quidez sit propositio: multe tamen orationes: simplex quidez ad compositionem dictionum: multe vero ad signifi cationē sententiarum: quare erit in hoc gemina dīa vt vnam dicamus simplicem namqz orationē: alterā simplicem et plures orationes. Rursus si omnes com posite orationes plures etiam res significarent. indif ferenter diceremus multiplicem et compositam. sed qm fieri potest. vt propositio aliquotiens quidez constet ex numerosis pluribusqz terminis qz sint duo: vna tñ sūlā monstret. Potest quidem fieri vt composita sit: vna tamen oratio sit significatione: cōposita dictio ne: vt est aīal rationale mortale mētis et discipline ca par. hec quidem plura sunt: sed his vna substantia su biecta est idest homo. Quare vna quoqz sūla ē. Sin vero quis dicat. socrates et ambulat et logetur et cogitat. multa sunt. diuersa sunt enim et q ambulat: et q

## De interpretatione editionis secūde liber.ii.

logitur: et quod cogitat. Quare erit aliquis composita qui dem oratio: una tamen sed quam composita oratio aliquo-  
tiens quidem continue sine coniunctione dicitur: aliquoties  
coniunctione copulatur. sicut hinc quatuor differentie  
est. n. una oratio. composita ex terminis continuatim  
dictis et sine coniunctione unam suam monstrans. ut  
est animal rationale mortale mentis et discipline per-  
ceptibile. hec. n. oratio cōposita quidem est ex multis  
terminis: sed coniunctione non habet. nam quod dictum  
est mentis et discipline perceptibile: hec coniunctio quod est.  
et nullam in tota propositione vim obtinet. neque. n. con-  
iungit propositionem: sed artem vel rem addit: cuius su-  
ceptibilis hoc esse videatur. et habet unam substantiam  
subjectarum: que est homo. Alia vero est cōposita ex ter-  
minis nulla coniunctione copulatis multiplex: et non unam  
significans propositionem: ut est plato ateniensis physis  
disputat. Aliud. n. est esse platonem. aliud esse phum.  
aliud esse ateniensem. aliud disputantem. et hec con-  
iuncta unum aliquid non faciunt quasi substantiam.  
Quare hec multiplex est. sed ea manifestum est nulla  
coniunctione copulari. Alia vero est posita ex propo-  
sitionibus incōnūctis multiplex: ut est iupiter optimus  
māximus est: Juno regina est: minerua dea sapientie  
est. quas si quis sub unius cōnūctione proferat: plures q-  
dem propositiones sunt: et oratio multiplex: sicut cōnūctio-  
ne carent. Alia vero est posita vel ex terminis vel ex  
propositionibus coniunctione copulatis multiplex et mul-  
ta significans: et ex terminis quidem composita: ut si quis  
dicat. iupiter et apollo sunt dii. Ex propositionibus autem  
coniuncta multa significans est: ut si quis dicat. et apollo  
vates est: et iupiter tonat. Est autem preter has alia cōpo-  
sita oratio ex propositionibus coniunctione cōnūctis unam  
significans orationem: ut cum dico. si dies est lux est. due  
. n. propositiones quod sunt iste. dies est. lux est. si cōnūctio-  
ne copulantur. sed hec oratio non significat multa: neque  
. n. dies est et luce proponit esse. sed si dies est. luce est.  
Quocirca significat sequentia quādā: non existētā  
propositionis. non. n. dicit utrasque esse: sed si unam est alia  
est consequi: quod utrumque in unam quādā modo intelligi  
gētā congruit. Sed hāc porphyrius propositiones  
extrinsecus ponit. idcirco quod plura significare videba-  
tur. ipsa. n. propositionū pluralitas multitudine simili-  
lat significatiōnū: sed (ut dicitur) non plures signifi-  
cat res: sed unam cōsequentiā. Compositarū igitur et unam  
rem significantiū propositionū duplex modus est. Aut  
. n. ex terminis incōnūctis unam rē significans cōpo-  
sita oratio: ut aīal rationale mortale est. Aut ex propo-  
sitionibus cōposita: et coniunctione copulata imaginē  
quidem emittens plura significandi: unam vero rē signifi-  
cans oratio: ut si dicamus. si dies est lux est. Lū ergo  
hec sit distributio cōpositarū et simpliciū orationū du-  
plici modo vne orationes sunt. et duplice multe. Simili-  
erū autem cōposite: et simplici cōposite. et uno quidem modo  
una oratio dicitur: cum sine coniunctione non est. Alio vero  
cum unam rem significat. rursus uno dī modo oratio multi-  
plex: cum aliqua coniunctione non copulat: alio vero  
cum plura significat. atq; hoc est quod aīit. Est autem una ora-  
tio enunciatiua quod unam significat: vel coniunctione una.  
Plures autem que plura et non unam: vel incōnūcte. est  
enīm (ut dicitur) duplicitate una oratio: vel quod cum cō-  
iunctione est: vel cum unam rē significat. Multiplex au-  
tem oratio est: vel quod multa significat. vel quod sine coniunc-  
tione coniungit. multas. n. orationes vocavit eas: quod  
sunt multiplices: vel significatiōnis pluralitatē teneat:  
vel preter coniunctiones sunt. Quid autem aīit. vel inconiū-

cte. totum complexis est. multiplex est. n. propositio  
vel si fuerit incōposita. quādāmodū est. Lato etbus ē  
Multiplex est vel si fuerit cōposita ex terminis preter  
coniunctionē: quemadmodū dictū est: ut plato athe-  
niensis in licio disputat. vel si composita sit ex proposi-  
tionibus preter coniunctionē: quādāmodū est. hoc ē  
aīal est. vel si composita sit ex terminis coniunctione  
copulatis: ut et iupiter et appollo dii sunt. vel si cōposi-  
ta sit ex propositionibus per coniunctionē: quādāmo-  
dū est. et apollo vates est: et iupiter tenet. Lū autem dicit  
plures autem que plura. et non unam addit. hoc est quod sūt  
quedam que plura significant in sermonibus: unum  
tamen in tota cōpositione demonstrant: ut est aīal rōna-  
le mortale. hec. n. oīa multa significant. aliud est. n.  
aīal: aliud rōnale: aliud mortale. sed totū simul unum  
est quod est homo. Lū autem dico socrates ateniēsis phi-  
losophus. et singula plura sunt: et oīa simul plura vībil  
ominis sunt. hec. n. accidentia sunt: et nullam substan-  
tiā informant. atq; hoc quidem dicit de orationibus: quod  
vel coniunctione vne sunt: vel significatiōne et rursus  
de multis quod vel preter coniunctionē multe essent: vel  
significatiōne multiplici. Que vō in simplicibus atq;  
cōpositis posterius dixit: cū ad id loci expositio rene-  
rit: explicabitur. nunc autem revertamur ad ordinē: igitur  
quod supra dixerat simplicē propositionē: quā cathego-  
ricam greci dicunt: nos predicatiū interpretari pos-  
sumus: semp̄ verbi predicatione constitui: nō autem sem-  
per noīe subiecto: quod aliquoties quidem vel infinitū noīen-  
tū: vel casus noīis: vel verba subiecta sunt. Lū ergo  
dictiōib⁹ simplicib⁹ cōstitui diceret simplicē orōnē: et  
affirmationē negationē quod orōnes ēē ostendat: manife-  
stū fecit affirmationē et negationē dictiōē cōstitui et  
formari ita quidem ut affirmationē et negationē sp̄ sola  
vbi dictio predicata: nō autem semper dictio noīis subie-  
cta perficeret. Lū igitur hec ita proposuisset: nunc quod  
sit dictio. que predicatiū. i. simplices propositiones  
format exponit dicens. Momen ergo et verbū dictio  
sit sola: quod ideo aīit dictio sit sola quod sunt quedam dis-  
ciones simul et affirmatiōnes vel imperfecte oratiō-  
nes. quod iam supra dictū est. Lū autem nōn et ver-  
bū sole sunt dictiones monstrat. quod non est dicere sic  
aliquid significantē voce enunciare: vel aliquo inter-  
rogante vel nō sed ipso proferente. Sensus bīmōi est.  
Enunciatiua propositio his maxime duobus format  
per propriam nām atq; substantiā. et per eius vīlū  
atq; tractatum. et nā quidem ipsius est: ut in ea veri-  
tas inueniāt aut falsitas. vīlū autem cū aliquid aut in-  
terrogādo proponit et rīdetur: ut vtrū alia immorta-  
lis est. aut certe cū alijs per suā suā enunciāt atq;  
profert. ut si quis dicat hoc ipm ex propria voluntate  
alia immortalis est: vnde definitio quoq; enunciatiō-  
nis vnius quidem nature atq; substantiā talis reddit.  
Enunciatiō est oratio: in q̄ verū falsumve est. Et vīlū  
vero eius atq; tractatu enunciatiua oratio est quā in-  
terrogātes proponiūt: ut vēz vel falsum aliqd au-  
diāmus. ex nrā vero prolatione. quā proponentes ali-  
quid vēz falsumve mōstramus. ergo sū oīis enuncia-  
tiua oratio aut in interrogatiōne posita sit: aut in spō-  
tanea prolatione: et in vtraq; enunciatiōnū nā et sub-  
stantia illa verset: ut siue i interrogatiōne sit posita cū  
rīsione coniuncta: vēz habeat vel falsum siue p̄ se p̄  
lata vīlū libet retineat: dictiones inquit vel alio inter-  
rogante vel quolibet proferente et sponte dicente ve-  
rū falsumve nō continent. Si. n. quis dicat interro-  
gans. socrates ne disputat. alijs rīdet disputat. hoc  
quod rīdit

## De interpretatione editionis secūde liber. ii.

95

q̄ r̄dit disputat si cum tota interrogatione iungat. p̄t habere intellectū vez falsumue significātis orōnis. Sin vero per se intelligat disputat: q̄ q̄ alio interrogante r̄derit: sine vero tñ falsoḡz relinquitur. Sun̄t et si quis dicat socrates vel ambulat nullo interrogante: s̄ ipse p̄ferens: nec vez aliqd nec falsuz designat. ergo verba et noia dictiones solū sunt: qm̄ et simplices sunt. Erant. n. alie quedā dictiones in orationibus noībus v̄bisq̄z cōpositis: sed nondū perfecte s̄ne: qm̄ neq̄z verū neq̄z falsum: vel alio interrogāte vel quolibet sponte proferēte significāt. Erunt. n. alie quedā dictiones. q̄ alio interrogāte et quolibz spōte proferente vez falsumve retinerēt. in his. s. q̄ erāt affirmations aut negatiōes. Quocirca sensus h̄mōi ē. ordo at verboz sic se bz. nomen ergo et verbū dictio sit sola: qm̄ non possumus dicere significantē aliqd sic voce. i. verbo vel noie enūciare. Non. n. possumus dicere: qm̄ q̄s verbo vel noie significat aliqd: ille enūciat. vel aliquo interrogāte: vel nō sed ipso proferentābz si sic diceret. v̄ba ipsa et noia dictiones sole s̄nt qm̄ verbiis et noībus significantē hoīem aliquid non possumus dicere qm̄ enūciat quicq̄z s̄ne cu aliq̄s interrogēt: s̄ne ip̄e spōte p̄ferat simplicē dictionē. Enūciare at est orationē dicere: q̄ vez falsumve designat.

**C**harum autē hec simplex quidē est enūciatio: vt aliqd de aliquo vel aliqd ab aliquo hec ante; ex coniuncta: vel ut oratio quedā iam composita. **Q**m̄ superius de vniis orationibus atq̄z pluribz dixit: et vna quidem posuit: que aut coniunctione vna esset sc̄m plationē: aut significatione sc̄m propriaz nām: plures vero que aut cōiunctione carerent: aut multa significatione sua cōpletearent: qm̄qz aliud erat vna oratio: aliud simplex: aliud composita: aliud plures: post illa ad simplicē composita inq̄z reuertitur dices simplicē esse orationē enūciatiuaz: q̄ duobus terminis contineat. quoz vnum subiectū est: alterz predicitū. Qd vero ait. harum autē enūciatiuaz. s. orationum dixit: quaz hec quidē simplex est enūciatio. et que simplex est enūciatio: ipse proposuit dicens. vt aliqd de aliquo. subaudiendū est predicemus: vt sit hic sensus. Harum autē enūciatiuaz orationum est simplex enūciatio si aliqd vnum de vno aliquo presdicemus: vt si dicā plato disputat: de aliquo platone aliqd. i. disputat predicau. et hec simplex est enūciatio. Idecirco qm̄ duobus terminis partibusqz cōiungitur. Si qua vero plures habeat terminos: et eius p̄tes duoz terminoz multitudinē egrediant: ille composite orationes dicunt. etenim enūciatio cōposita h̄mōi est. si dies ē lux est. dies. n. est. et lux est. due sūt simplices enūciationes: q̄ coniuncte vna in cōpositaz p̄ficerunt. atq̄z hoc est qd ait. hec autem. i. alia oratio ex his cōiuncta. i. ex simplicibus enūciationibus: vellut oratio quedā iam cōposita est. hec. n. nō simplex ē oratio. Simplex. n. oratio solas dictiones bz. duas in partibus: cōposita vero ē orationes sicut hec quā supra posuit. Est ergo hic ordo quē ipse cōfudit. prius. n. de affirmatione et negatione: q̄ prima esset: q̄ posterior: expediret. dehinc de vniis orationibus et d̄ pluribus dicit. postremo de simplicibus atq̄z cōpositis. Sed qm̄ quedā in medio permiscuit: ea paululū differentes directā s̄ne seriēm cōtinuauimus. Longum arist. hyperbaton partiū coniunctione residentes. neq̄z. n. simile videtur quod ait. Est autē vna prima oratio enūciatio affirmatio deinde negatio: alie vero cō-

functione vne: et rursus cū dieit. Est vna oratio enūciatio q̄ vnu significat: vel cōiunctione vna. Plures autē plura et non vnu vel inconiuncte: vel cū rursus ad dit. harum autē hec simplex et quidē est enūciatio: vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autē ex his cōiuncta vellut oratio īā composita. Sed illud qui dem qd prius dixit. est autē vna prima oratio enūciatio affirmatio: deinde negatio. ad hoc retulit: vt priorem affirmatiōē esse monstraret: posteriorem vero negationē. ait. n. deinde negatio. vñ q̄ ait prima ad affirmationē ponendū est. quod vero secutus est paulo post. Est autem oratio vna enūciatio que vnu significat vel cōiunctione vna. Plures autē q̄ plura et non vnu vel inconiuncte ad hoc retulit: vt doceret q̄s vnas esse orōnes putari op̄z: expediens aut q̄ vnu significarēt aut quas cōiunctio vnas faceret: vel quas plures: aut q̄ multa in significatione retinerēt: aut q̄rum corpus nulla esset cōiunctione cōpositū. Qd vero postremo addidit: harū autē hec quidē simplex est enūciatio: ut aliqd de aliquo vel aliquid ab aliquo. hec at ex his cōiuncta vellut oratio quedā iam cōposita. ad simplices orōnes retulit atq̄z compositas. Si plures dicens duobus solis terminis iūctas: cōpositas q̄ ex simplicibz orōnibus enūciatiuis cōiungerēt: vt sit totus ordo hoc mō. Est autē vna prima oratio enūciatio affirmatio: deinde negatio. et rursus intermis sis q̄ sequunt̄ hoc subiiciat. Est autē vna oratio enūciatio q̄ vnu significat: vel cōiunctiōe vna. Plures atque plurima et non vnu vel inconiuncte. et post hoc intermissis quoqz sequentibus hoc sequatur. haruz autē hec quidē est simplex enūciatio: vt aliqd de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autem ex his compuncta: vellut oratio quedā iam cōposita. tanq̄z si sic diceret. Prima quidē inter enūciationes oratio affirmativa est: secunda vero negatio. affirmationum at et negationum vna oratio est. que vnu significat vel que coniunctione vna est. Multiplex autē vel cuius p̄tes coniunctione copulatur: que multa significat: vel que coniunctione non iungitur. Harū autē simplex est que duobus terminis constat: vt aliqd de aliquo vel aliiquid ab aliquo: alia vero cōposita: que ex simplicibus affirmationibus iungit. Quod autem dicit aliqd de aliquo: vel aliiquid ab aliquo talē est: aliqd. n. de aliquo affirmationē significat: vt cum dico socrates disputat: de aliquo socrate aliiquid. i. disputat predicau. et sit affirmatio. Si autē dico socrates nō disputat. a socrate disputationē seiuiri: et ab eo abstuli. et hec negatio est. Affirmatio. n. alia rem de alia predicat: eiqz cōiungit. Negatio vero a qualibet re quālibet rem p̄dicando tollit. ergo hoc quod ait aliiquid de aliquo: affirmationem simplicem significauit. qd dixit aliiquid ab aliquo. negationem simplicem.

**C**est autē simplex enūciatio vox significativa de eo quod est aliiquid vel nō est: quemadmodū tēpora diuisa sunt affirmatio vero est enūciatio alicui⁹ de aliquo. negatio vero ē enūciatio alicui⁹ ab aliquo. **C** Postqz de multis atq̄z vniis necnon simplicibus compositisqz enūciationibus expeditum: enūciatio nem simplicem tractat: et eam diffinitione concludit dicens vocem eam esse significantem aliiquid esse vel non esse. Qd ergo ait vocem eā esse: ad genus retulit q̄ significatiōam: ad ipsius differentiaz vocis. Quod de eo q̄ esset aut nō esset aliiquid: ad significatarū rerum rursus differentiā retulit. habet. n. secum ipsam

## De interpretatione editionis secunde liber. ii.

voce: qua profert: ut significet quiddam quid autem si  
gnificet: aut circa quod designatione enunciatio retine  
at: ad dictam significatiuam pertinet vocum: ita. n. dicitur  
est tanquam si dicere. non oia enunciatio significat: sed  
est aliqd aut non esse. Ergo est enunciatio simplex vox si  
gnificatiua de eo quod est esse aliqd vel non esse. i. ois enu  
ciatio aut affirmatio aut negatio est. esse. n. ponit af  
firmatio: non esse negatio. sed quata diffinitione bre  
uitate distinxit: quodam non videtes in errore stolidi fal  
statis abducti sunt. Extendit igitur affirmationis et ne  
gationis non esse enunciatione genus. Nam si hec inquit  
diffinitione est enunciationis ois at generis diffinitione p  
rius spes accmodari potest. o. n. genus vniuoce de  
spes prius predicatur. dubium non est: quoniam hec quoque  
diffinitione enunciationis: si eis enunciatio genus est: af  
firmatio negationis conueniat: si tamen eius spes hec sunt  
sed quis unquam dixerit affirmationi conuenire hanc dis  
tinctionem quod est: vox enunciatiua de eo quod est aliqd est et non  
non esse. Neque. n. fieri potest: ut affirmatio vox sit signi  
ficatiua de eo quod est esse et non esse: sed tamen de eo quod est  
est. negatio rursus non de eo quod est est et de eo quod est non  
non esse: sed tamen de non esse: nunquam est de esse. Intermit. n.  
semper negatio iungit atque constituit affirmationem. Quare  
si hec diffinitione enunciationis ad affirmationem negatio  
neque non potest predicari: affirmationem et negationem enu  
ciationis spes non sunt. quod mihi nimis videnter errare: qua  
si vero quicunque vetet utralsque affirmationem et negationem  
similiter eadem diffinitione cocludere. Possit. n. dicere.  
affirmatio et negatio est vox significatiua de eo quod est  
esse aliqd vel non esse. ut vox significatiua utralsque consti  
tituit. de eo quod est esse aliqd affirmatio soli. de eo quod  
est non esse solius sit negationis. Sed nihil potuit fieri  
breuius: nisi ut in eadem diffinitione et enunciationis nam  
constitueret: et ipsius faceret divisionem. tamquam. n. si ita diri  
set. enunciatio vox est significatiua: i. q. vero falsiusque desi  
gnatur. huius vna atque spes affirmatiua est: alia negatiua  
ita ait. Enunciatio est vox significatiua de eo quod est aliqd  
vel non est. Nam quod dixit. de eo quod est aliqd vel non est. ta  
le est. ac si diceret quod vero falsumque demonstraret. o. n. quod  
esse ponit aliqd: ut si dicam dies est: vel non est: ut si di  
cam dies non est. vero falsum demonstraret. Si ergo ali  
qd ponatur esse vel non est: in eo veritas et falsitas in  
venit. est igitur in hoc quod ait vocem significatiuam esse de eo  
quod est aliqd vel non est. tanquam si diceret. Est enunciatio  
vox significatiua vero falsumque significans. Significa  
tio namque de eo quod est esse aliqd vero non esse vero falsumque  
demonstratio est. sed in eadem diffinitione spes admirabi  
lili breuitate partitus est. tanquam. n. si diceret: vox. n. si  
gnificatiua est enunciatio: in quod vero falsumque demonstraret  
Sed vna eius p. affirmatiua est: alia negatiua. ita ait  
de eo quod est aliqd vel non est. Significatio. n. de eo quod  
est aliqd affirmatio est: de eo vero quod non est negatio  
ita id quod ait designatiua esse vocem enunciationem de eo  
quod est aliiquid aut non est. virumque vna colligit intellig  
entia. boc. n. quod dixit de eo quod est aliqd aut non est.  
utrumque significat et veri falsumque divisionem: et affir  
matio negationis divisionem. Sed alexander et propria  
sua non desistit. nec alio quam ceteri tenet errore. ait. n.  
bic quoque apparere non esse genus affirmationis et ne  
gationis enunciationis: quoniam ita in diffinitione enu  
ciationis affirmatio et negatio ut partibus vobis est. Oe  
autem compotum atque o. e. equum vel suis partibus vobis suis  
significatis definiri potest: ut si quis ternarius numerum  
definire volens dicat: ternarius numerus est quod ex uno  
duobusque coniunctus est: vel si quis bovez definire vo

les dicat hoc est aut aequaliter rationale mortale: aut humore co  
loribus vel metallo facta simulatio: ita nomen equum  
cum ex his quod ipsum nomen equum designabat: om  
nium est: hic ergo eodem modo. Enunciatio inquit est vox  
significatiua de eo quod est aliqd vel non est: tanquam si di  
ceret. Enunciatio est vox aut affirmatiua aut negati  
ua: in eundem. s. errorum labens: nec videns quemadmodum  
una diffinitione et divisione fecerit: et nam enunciatio  
nis considerit: sed hanc expositionem (quod adhuc sciamus)  
neque porphyrius neque ullus alius commentator videt  
Aspasius et consensit Alerandro. dicit. n. Alexander co  
deinde modo bic diffinisse Aristotelem. enunciationem: sicut alibi  
quoque. i. in resolutoris. illic. n. ita propositionem quod est emu  
ciatio diffinitione conclusit dicens. Propositionem ergo est  
oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo:  
vel alicuius ab aliquo. Ide quoque Aspasius sequitur eum  
Porphyrius at sic dicit admirabile esse subtilitatem  
diffinitionis: ex sua. n. vi affirmatio et negationis emu  
ciatio diffinita est. ex terminis vero ipsa affirmatio  
atque negatio: affirmatio namque in duobus terminis con  
stant aliqd alicui inesse significat. tota autem vis ipsius  
est aliqd annuere: negatio quoque aliqd alicui non inesse  
significat: sed tota vis ipsius est aliqd abnuere atque  
disiungere: vel rursus affirmatio aliqd alicui inesse de  
signat: sed vis ipsius tota ponere aliqd est. cum. n. aliqd  
alicui inesse demonstrat: potest aliqd: rursus negatio quod  
aliqd alicui non inesse declarat: sed tota vis eius aufer  
re est. Ergo inquit enunciationem ex tota via affirmatio  
negationis diffiniuit dices: Enunciatio est vox signi  
ficatiua de eo quod aliqd est vel non est. Hoc at ad nega  
tionis pertinet affirmatio et negationis vim: tanquam si diceret:  
enunciatio est vox significatiua quod ponit aliqd aut tollit  
quod prie virtutes sunt affirmationis et negationis. Si  
. n. ita dirisset: enunciatio est de eo quod est aliqd alicui  
vel non est. tunc ex terminis affirmatio et negationis  
enunciationem diffinisse videbetur. Cum autem dicit de  
eo quod est aliqd vel non est. de tota utrumque via deter  
minat. in hac. n. affirmatio quod dicit dies est: aliiquid  
alicui fin terminos adesse monstrauit. est. n. dici ap  
plicuit: sed tota huius propositionis vis est aliqd est et de  
clarare: rursus cum dico dies non est: aliqd alicui non  
esse pronuntio: sed tota vis est huius non esse dicere: quod  
re manifestum est secundum porphyrius ex tota via affirmatio  
nis et negationis enunciationem esse descriptam: ex suis vo  
terminis ipsorum affirmatio et negatio: ait. n. affirmatio  
vox est enunciatio alicuius de aliquo: i. affirmatio  
diffinitione genus sumens: enunciatio. n. (ut di  
ctum est) genus est affirmatio et negatio: quod ipse  
Aristoteles plenius demonstrat: quod in utrumque diffinitione  
enunciationis nomine ascripsit dicens. affirmatio vero  
est enunciatio. hoc. n. retulit ad genus. quod vero addidit  
alicuius de aliquo reduxit ad terminos: in simplicibus  
. n. affirmatio aliqd de aliquo enunciando predicat  
ut in eo quod est dies est esse die. Negatio quoque ita  
diffinita est: negatio est enunciatio alicuius ab aliquo.  
quantum ad enunciationem rursus a genere. Quantum  
alicuius ab aliquo: rursus ad terminos. In hac enu  
ciatione que est dies non est esse a die enunciando tol  
lunus: sed ut non solum presentis temporis enuncia  
tionem diffinisse videretur: addidit enunciacionis diffi  
nitionem de aliis quoque temporibus intelligi: ait. n. enu  
ciatio est vox significatiua de eo quod est aliqd vel non  
est: adiecitque quemadmodum tempora diuisa sunt diuisa  
enim sunt tempora in tribus. omne enim tempus aut  
futurum est aut presens aut preteritum aut ex his mis  
tu. Enunciatio

# De interpretatione editionis secunde liber.ii.

96

tum. Enuntiatio est vox significativa significans: aut esse aliquid aut non esse. Sed quoniam hoc tempus presentis designat: nō solū de presenti inquit loquimur: sed et de his temporibus que diuiduntur: ut hic esse et non esse et in futuro veniat et in preteritu: ut aliquotiens sic esse et nō esse significet. i.e. sic ponat atq; auferat enuntiatio: ut et presentis temporis ponat et auferat: ut est socrates est: socrates non est: et preteritū ponat et auferat: ut socrates fuit: socrates nō fuit. eodem quoq; modis futurū socrates erit. socrates nō erit. ergo in his omnibus temporibus sicut esse aliqd vel nō esse aliqd. i.e. sicut poneat et auferat tota enunciationis vis est: hoc ergo est quod ait: de eo quod est aliqd vel nō est: quemadmodum tempora diversa sunt: tanq; si diceret. de eo quod est aliqd vel non est. vox enunciativa significat vel in presentis vel in preteritu vel in futuro: quemadmodum ipsa tempora diuiduntur. Lur aut talis ordo distinctionis fuerit paucis absoluam. Idem. n. de nomine: post de verbo: hinc de oratione: rursus de enunciatiōe: dehinc de affirmatiōe: postremo de negatione differunt. Oe compositus suis partibus posterius est. oe genus suis partibus prius. ergo i.e. positis toto partes priores sunt: in generibus et speciebus partes toto posteriores. Rursus in cōpositis totū partibus posterius in speciebus et generibus totū partibus prius est: ergo quā verba et nōia neq; affirmationis neq; negationis neq; enunciationis neq; orationis spēs erant: sed quedā horum omnium partes quibus hec oīa ungerentur: oratio autē genus enunciationis: enunciatio affirmationis et negationis: affirmatio prior negatione. s. scđm prolationem: sicut ipse testatus est. Ergo quā hec oīa et oratio et enunciatio et affirmatio et negatio verbis et nominibus coniunguntur: his omnibus nōia et verba priora sunt. Nōie autem res aut per se subsistens: aut tanq; per se subsistens significat. verbo vero accidentis designat et velut alii accidentes: quod ex supradictis planū est: quod autē per se cōsistit prius est: ergo id quod nomen significat prius est quod id verbum. quare prius verbo est nomen: ergo quā nomen et verbum oratione enunciatione affirmatione et negatione priora sunt. Idem. n. priores sunt his quā compoununt: iure ante hec oīa definita sunt. Quoniam vero nomen prius est verbo: prius nomen: postea vero diffinitū est verbum. Sed quā omne genus species suis prius est. post hec. i.e. nōia et verbum oratione diffinitione descripsit: quod et proximū enunciationis genus esset: et superius affirmationis et negationis. post oratione vero enunciationemque cum sit spēs ordinis affirmationis tamen et negationis esset genus post enunciatione vero affirmationē que quā quā negationi equa sit spēs esset scđm genus proprium. i.e. enunciationē: in prolatione tamen prior est ut ipse supra ita docuit dicens. Est autē una prima oratio enunciativa affirmatio: deinde negatio. Sed quā a nobis superius dictū est has eum quinque res diffinire vele: quod sit dictio: quod enuntiatio: quod affirmatio: quod negatio: quod contradictione: distinctionem quid sit ostendit per id quod ait. Nomen ergo et verbum dictio sit sola enunciationes vero per id quod ait. Est autē simplex enunciatio vox significativa de eo quod est aliiquid vel non est quemadmodum tempora diversa sunt. Affimationes vero per id quod ait. est autē affirmatio enunciatio alicuius de aliquo: negationē quoq; diffiniuit dicens. Negatio vero alicuius enunciatio ab aliquo. Restat ergo de contradictione differere. Quid sit ergo contradictione ipse prosequitur dicens. Quoniam autem est enunciare et quod est nō esse:

et quod non est esse: et quod est esse: et quod est non esse et circa ea: que est extra præsens tempora similitudinē omne contingit quod quis affirmauerit negare: et quod negauerit affirmare. Quare manifestū est: quoniam omni affirmationi negatio est opposita: et omni negationi affirmatio. et sit hoc contradictione affirmatio et negatio opposite. Expeditis oībus que sese explicatur: esse promiserat nūc ad reliquā. s. contradictionē ordine venit: eāq; ab affirmationibus negationibusq; reperit dices: oībus affirmationibus posse proprias negationes opponi: et oībus negationibus proprias rursus ex aduerso affirmations posse cōstitui. hoc at hinc sumitur: quā nouimus alias res esse: alias nō esse. et quā nos ipsi si dicere possumus et sentire alias res esse: alias nō esse. Ex his quattuor enunciationibus sunt gemine cōtradictiones. si quis. n. id quod est dicat non esse: ut si viuēte socrate dicat socrates nō vivit: quod est negat et erit negatio falsa: Rursus si quis id quod non est esse cōfirmet: ut si nō viuente socrate dicat socrates vivit. hec rursus affirmatio falsa est. Si quis et id quod est esse enunciatione cōstituat: ut si viuēte socrate dicat: vivit socrates: vera erit affirmatio. Sin vero quod non est esse negauerit: est negatio vera: ut si quis non viuente socrate dicat socrates nō vivit. Ex his igit. i.e. affirmatione vera et negatione falsa: et rursus ex negatione vera et affirmatione falsa quattuor quidē sunt enunciationes: sed in duabus affirmatio: in duabus negatio continet: Contradictiones vō due. hoc est. n. quod ait: quā autē est enunciare et quod est non esse. falsam enunciationem negationis ostendit: quodq; addidit et quod non est esse. falsam affirmationē in enunciatione proposuit. illud quoq; quod dicit et quod est esse. enunciationē verā designat: quod id quod est esse vera affirmatione proferit: amplius quod ait: et quod non est non esse: vere negationis specie dedit. Quare et si quod est vere potest dici esse. et id quod est falso potest predicari nō esse. et id quod nō est vere potest enunciari non esse. et id quod non est: falso esse poterit affirmari. Manifestū est oīz affirmationē habere aliquā contradictionē negationis oppositā. et oīm rursus negationē affirmationis oppositione facere contradictionē. etenim si oīz quod quis affirmauerit: negari poterit: et quod quis negat: poterit affirmari: quis dubitauerit nec affirmationem posse constitui: cui non negatio cōtradicat: nec negationē: cuius nulla affirmatio valeat inueniri. Oīs igitur affirmatio negationē: et negatio hēt oppositam affirmationē: est igitur contradictione affirmatio et negatio opposite. quid autē sit oppositio posterius dicendū est: aut quid sit contradictione post diligentissima ratione monstrabo. Quod autē ait: et circa ea que sunt extra præsens tempora. tale est tanq; si diceret. Sicut affirmatio et negatio in presenti tempore fieri potest: ita etiam vel in preterito vel in futuro. nam sicut potest id quod est esse consti tui: ita potest id quod fuit fuisse proponi et id quod futurum est: in specie futuri temporis affirmari. ut cuī dicimus socrates fuit: sol estate in cancro futurus est. Eodem modo ergo et de futuro et de preterito affirmatio et negatio constituantur quemadmodum de presenti: futurum autem et preteritum extrinsecus est et preter presens tempus est. Illud enim veniet: illud recessit. Recte igitur et circa ea que sunt extra presens tempora. huiusmodi posse affirmationes negationesq; dicit enuenire. circa enim preteritum

## De interpretatione editionis secunde liber. ii.

z futurum: qd est extrinsecus a presenti tempore si militer omne contingit (vt ipse ait) q quis affirmaverit negare: z quod quis negauerit affirmare: vnde fit vt in oibus temporibus illud constet omni affirmationi posse opponi negatione: omniqz negationi oppositam affirmationem posse constitui. Ilunc autem qualis debeat sumi oppositio in affirmatione z negatione demonstrat. hoc n. est contradictionis affirmatio z negatio opposite. Quod si he opposite constituunt contradictionem: qualis in his debeat esse oppositio: que contradictionem constituit: recte prosequitur.

**C**Dico autem opponi eiusdem de eodem: nō autem equiuoce: z quecunqz cetera talium determinauimus contra sophisticas importunitates.

**C**Luz duobus terminis simplex propositione constet: z unus subiectus sit: z alius predicet: subiectus autem sit: qui primus dicitur: predicatus vero qui posterius: dicit illa oppositione affirmatione z negationem integrâ constituere contradictionem: que idem subiectum habet: idem etiâ predicatum: vt subiectum neqz predictum plura significet: alioqz non erit contradictione neqz aliqua oppositio: vt cum dico socrates albus est: z aliud dicit ethiops albus non est: hec affirmatio atqz negatio non sunt opposite. Idcirco qz est aliud subiectum z idem predicatum. In affirmatione. n. socrates subiectus fuit in negatione ethiops. Rursus cum dico socrates albus est: z aliud dicit socrates philosophus non est: nec hec rursus negatio contra affirmationem retinet oppositionem: ideo qz aliud predicatum in vtrisqz proponit in affirmatione. n. album predictum ad socratem: in negatione philosophus. Quod si vtraqz sunt diversa: multo magis nulla sit oppositio: vt cum dico socrates philosophus est. si respondeat aliud plato Romanus non est. hic neqz idem subiectum est: neqz idem predictum. z plus iste diuerse sunt: z nulla contra se oppositione cōposite: atqz ideo possunt vtrisqz simul esse vere: z si ita contingit vtrisqz simul esse falsa: necnon etiâ una vera: altera falsa. Que. n. se nō pmiunt: nihil eas ipedit aut vtrasqz falsas: aut vtrasqz veras: aut unam veram: falsam alteram reperiri. quare quorum vel aliud subiectum est: vel aliud predictum: illa opposita esse nō dicimus. vñ fit vt nec illa quoqz que plura significant: si subiecta aut predictata sint: contradictionis negationem valeant custodire: si quis. n. nomen equiuocum subiciat z aliud predictet: si quis contra huiusmodi affirmationem cōstituat negationem: nō faciet oppositionem vt cum dico cato se vti ce occidit. nomen hoc qd dicitur cato equiuocum est. pōt enim z orator intelligi: z hic qui exercitum durit in Africā. Si quis igit dicat: cato se vti ce occidit. potest fortasse intelligi de catone martie. si quis respondeat cato se vti ce non occidit. pōt de catone censorino constituisse negationem. Sed qm̄ diuersus est cato censorinus catone martie: z nomen ipsum catonis diuersa significat: diuerse erunt a se affirmatio z negatio: z id non oīo perimit negatio: qd cōstituit affirmatio. Affirmatio. n. constituit marcie Latonē se vti ce peremisse. Megatio vero dicit Latonem si ita contingit oratorem non se vti ce peremisse. qre non cōstituit vex iter se falsiqz: idcirco q a se diuerse sūt. nā vtrumqz vex est z q se cato vti ce occidit scilicet marcie: z q se cato vti ce non occidit. s. orator atqz hic equivocum subiectum fecit: vt hec affirmatio z negatio oppositionem nullo mō constituerent. Quod si predictum fuerit equiuocum: eodem mō contradictioni nō fit.

